

## ACTA OFFICIORUM

## PONTIFICIA COMMISSIO

## AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

## RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Em̄i Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

## I. — DE CONSTITUTIONE TRIBUNALIS COLLEGIALIS.

D. An Officialis, cum potestate ordinaria iudicandi et absque ulla causarum reservatione ad normam canonis 1573 § 1 et 2 electus, constituere possit tribunal collegiale vocando per turnum iudices synodales iuxta canonem 1574 nominatos.

R. *Affirmative*, nisi Episcopus aliter in singulis casibus statuatur.

## II. — DE IUDICIO SUPER MARTYRIO SERVORUM DEI

D. An praescriptum canonis 2101 extendatur etiam ad disceptationem martyrii Servorum Dei.

R. *Negative*.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 28 mensis Iulii anno 1932.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses*.

L. S.

I. Bruno, *Secretarius*.